

ANATOMIA
ARTIFICIALIS
OCULI
HUMANI

Inventa & recens fabricata

à

JOANNE BAPTISTA VERLE
Veneto.

*Ex Italico in Latinum sermonem
conversa.*



AMSTELÆDAMI,
Apud HENRICUM WETSTENIUM.

MDCCCLXXX.



VIRI

OMNI LAUDE ET ENCOMIO

MAJORIS,

D. JO. JACOBI WEPFERI,

MEDICI SCHAFHUSANI,

CELEBERRIMI,

NON MINUS PRÆSTANTIBUS

GENERO AC FILIO,

VIRIS CLARISSIMIS ATQUE

DOCTISSIMIS,

D. JO. CONRADO

BRUNNERO,

ET

D. JO. CONRADO

WEPFERO,

MEDICIS ITIDEM SOLERTISSIMIS,

[?];

DO-

DOMINIS AC FAUTORIBUS
COLENDIS, AMANDIS,
HANC
OCULI HUMANI
ANATOMIAM
VERLEANAM
SACRAM ESSE JUBET;
TESSERAM SCILICET
AMICITIÆ,
ILLIUS A SEXENNIO,
HUJUS A BIENNIO,
CONTRACTÆ,
AC IN ITINERIBUS
POSTEA CONTINUATÆ,
CUJUSQUE

SUM-

SUMMA CUM VOLUPTATE
QUOTIDIE
NON POTEST NON RECORDARI;
DEUM VENERANS,
UT EOS
PATRIÆ, SUIS;
SIBI,
ORNAMENTO, SOLATIO,
GAUDIO,
MULTOS IN ANNOS
SERVET
SANOS AC INCOLUMES;
OPTANS,
NE SUI IMMEMORES
VIVANT UNQUAM;

OFFICIA VICISSIM SUA
NUTUI AC PLACITIS
EORUM
PARATISSIMA FORE
SPONDENS,
HENRICUS WETSTENIUS
BIBLIOPOLA.
AMSTELÆDAMI IDIBUS
MARTIIS cło Ioc Lxxx.



BIBLIOPOLA

AD

BENEVOLUM

LECTOREM.

Nobilis & jucunda
tornandi ars, quam
exercet JOANNES
BAPTISTA VERLE Vene-
tus, famosus artifex tor-
narius Serenissimi D. N.
COSMI III. Magni
* Ducis

P R Æ F A T I O

*Ducis Hetruriæ, non tantum
 ornamenta armariis & mu-
 seis compluribus præstantibus
 operibus, verum, quod pluris
 æstimandum est, etiam vo-
 luptatem cum utilitate con-
 junctam literis ipsis, colle-
 giisque literatorum exhibuit:
 quandoquidem ipse acri moli-
 mine pariter felici cum succes-
 su comitato prosequitur Ana-
 tomiam Humanam Artifi-
 cialem, eamque jam quoad
 partes quasdam absolutè per-
 fecit, nimirum Anatomiam
 Oculi, quam tecum ope ty-
 porum meorum communicat.
 Profecto quicumque sine in-
 vidia*

AD LECTOREM.

vidia consideraverit hujus ar-
tis accuratam perfectionem,
qua emulatur naturalem spe-
ciem Organi hujus vere divini,
non poterit non maximi esti-
mare & venerari ingenium
& opus hujus artificis & in-
ventoris, qui manibus suis ar-
tificiosis Oculum ad tantam
perfectionem produxit, ut ni-
hil præter animam ei desit, in-
que nulla re alia diversus sit
ab Oculo Naturali, prædi-
tus omnibus hujus particulis.
Quantam utilitatem indu-
stria hæc & labor præstent Pro-
fessoribus Artium & Scientia-
rum, imprimis Anatomie
 * 2 &

PRÆFATIO

Et Medicinæ, hic à me
 enarrari superfluum foret:
 nam si de professionibus suis
 similibus bene meruisse exi-
 stimantur Autores Et antiqui
 Et recentiores, qui in majo-
 rem illustrationem doctrinæ,
 quam ad posteros in eruditis
 suis operibus transmiserunt,
 conati sunt eam reddere vi-
 vam, ut ita dicam, Et qua-
 si spirantem, representan-
 do per icones Et figuras,
 summis cura Et sumptibus
 in iisdem libris impressas:
 inde cui vis conjectu promptum
 est, quanto majori jure
 de Studiosis Et Literatis be-

AD LECTOREM.

ne mereri dicatur nova hæc inventio D. VERLE, qua representat partes humanas non tantum depictas, sed & substantiales, tanto artificio naturam imitantes, ut possint componi & dissolvi, inque iis distincte spectari & considerari omnes particule & minutie, admirandæque distinctiones & circumstantie, ex quibus Natura ipsa Oculum suum componit. Verum hac de re quisvis infallibilis erit iudex, nec opus est, ut hic suscipiam laborem refellendi quendam, qui nescio qua ratione motus, de opere

P R Æ F A T I O

*hoc sermones miscens, Nobili
cuidam Gallo, juveni doctissi-
mo, nostrique seculi miraculo,
ausus est dicere, illud tantum
utile esse ad exornanda arma-
ria & musea, & ad delectan-
dam curiositatem matrona-
rum & aulicorum; de cætero
studiosis parum fructus inde
proventurum. Atenim (pace
ejus dixerim) opus ipsum se-
met defendit, nec opus est apo-
logiis ad refutandam tam ri-
gidam censuram: sufficit se-
mel contemplari unum oculo-
rum istorum elaboratorum à
D. VERLE, inque eo videre
naturam emulantes tunicas,
bu-*

AD LECTOREM.

humores, &c. Non tantum
 quoad figuram, symme-
 triam, compositionem, &c.
 sed & colores ipsos, ad asse-
 rendum, quod qui tanto
 studio nititur contemptui ex-
 ponere opus, ejusque valo-
 rem deprimere, voluit de-
 monstrare sibi esse aut parum
 oculi, aut nimium lingue.
 Intendit noster D. VERLE
 post oculum persequi arti-
 ficialem representationem
 aliorum sensuum organorum
 & partium humanarum,
 nisi favor & applausus ad
 hoc primum opus promissi à
 doctis & peregrinis, quotquot
 * 4 illud.

PRÆFATIO

illud hætenus contemplati sunt, spem ejus laudatissimam deficiant. Complures viri illustres cum Itali, tum Transalpini eum incitarunt, ut opus ad perfectionem, quam vides, perduceret; præcipue Nobilissimus quidam & Sapientissimus Heros^a vere Literatorum Phœnix & deliciararissima, inter omnes quotquot unquam ingenii nobilitas condecoravit, qui ejus fuit Promotor primarius, & quasi Cynosura tam auctoris, quam operis. Proximè post hunc fatetur D. VERLESE

im-

^a Illustrissimus D. Ant. Magliabechi.

AD LECTOREM.

*impulsum ad prosecutionem
hujus operis benignitate præ-
stantissimi Medici & Anato-
mici celeberrimi ^a inque aliis
scientiis & artibus versatis-
simi, ex quo Inventor hau-
sit præcipuam partium cogni-
tionem. Quoniam vero inter
operandum offendebatur va-
riis difficultatibus & per-
plexitatibus; amplius pro-
fitetur se in illis fuisse sum-
mopere adjutum immensa di-
ligentia alterius non minus
perfecti & excellentis Docto-
ris, ^b cujus benevolentia ei
auxilio fuit in variis obser-*

* §

va-

^a D. Doct. Joann. Zamb. V. ^b D. Doct.
Mich. Br.

P R Æ F A T I O

*vationibus , experimentis ,
 & casibus , qui frequentissi-
 me occurrerunt in multis Ocu-
 lis humanis , ut opus hoc eva-
 deret facilius & perfectius.
 Præterea se multum debere
 declarat Scriptoribus , qui
 de hac re tractatus in publi-
 cam lucem emisserunt , ut
 Doctissimo SPIGELIO , &
 accuratissimo D. BARTHO-
 LINO , ob ejus doctissimam
 Anatomiam , aliisque autho-
 ribus , per quos noster D.
 VERLE , ratione pauci istius
 studii , quod huic negotio alii
 ejus labores permittebant ,
 plurimum fuit conductus &
 di-*

AD LECTORUM.

directus. Et quia nequit
 exsatiari laudando fautores
 & promotores suos, voluit
 ut typi mei supplerent defe-
 ctum linguæ ejus in dilatan-
 dis animi sui grati testimo-
 niis versus illos, penitus ab-
 horrens à vitio, quod PLI-
 NIUS intemperantibus ad-
 scribit, dissimulandi originem
 proprii profectus. Si & alii
 eodem animo erga merita &
 virtutes D. VERLE affecti
 essent, profecto haud diu in
 tenebris laterent complura o-
 pera exercitissimi ejus in-
 genii; neque aliis à Scripto-
 ribus attribuerentur, qui eo-

P R Æ F A T I O

rum minime extiterunt inventores. Unum illorum non possum non restituere primo suo fonti & principio.

In MUSEO COSPIANO descripto à D. Doct. LAURENTIO LEGATI, Cremonensi, &c. impresso Bononiae à Monti Anno 1677.

Fol. 293. leguntur verba sequentia, quibus describitur:

„ *Vas eburneum figura Calicis, cum operculo simili operculis pyxidum, totum sesquipalmum altum, tornatum;*
 „ *sed tanta artificii est subtilitas, ut opus de tenuitate*
 „ *cum papyro certet, quamob-*

rem

AD LECTOREM

rem ita est pellucidum, ut
ei. imposta qualicumque Scri-
ptura exterius facillimo ne-
gotio legi possit; pondus se-
miunciam aequat, & ta-
men frustum integrum, ex
quo fuit elaboratum non pen-
debat minus quatuor libris;
est Opus PHILIPPI SEN-
GER Germani, artificis
adeo solertis in laboribus sub-
tilibus, ut omne ejus opus
admirationem pareret. Et
præterquam quod est operis
artificium tenue & subtilissi-
imum, omnem oculum hu-
manum voluptate afficiens,
pretium ejus plurimum au-

P R Æ F A T I O

» getur eo quod donum est ac-
 » ceptum ex liberalissima manu
 » Serenissimi Magni Ducis He-
 » truriae COSMI III.

Hæc ibi. Verum quicun-
 que ejusmodi relationem
 DOCT. LEGATI transmisit,
 eum maximè fefellit, cum di-
 ctum vas non sit opus D.
 SENGHER sed nostri D.
 JOAN. BAPTISTÆ VERLE
 Veneti, ab eo confectum
 Anno 1674. quo tempore
 memoratus D. SENGHER
 nondum venerat in Italiam,
 tantum abest ut tum fuerit
 à servitiis Mecænatis Sere-
 nissimi. Eodem Anno 1674.
 pa-

AD LECTOREM.

pariter alterum absolvit & perfecit D. VERLE, amplius quidem & majus, ejusdem tamen subtilitatis! frustum eboris integræ massæ, ex quo fuit excavatum, pendeat 25 circiter libras, & sub finem operis reductum est ad pondus duarum unciarum & trium drachmarum. Anno 1677. adjunxit aliud, quod tamen cum aliis operibus ejusdem D. VERLE asservatur in armario Suae Celsitatis Serenissimæ. Sed hæc obiter: & quia requirebat necessitas, quoniam eodem tempore noster D. VERLE in Crystallo tornavit eandem
 il.

PRÆFATIO

illam campanulam inser-
vientem Horologio mense fa-
bricato ab artificiosissimo &
perfectissimo Automatario^s
Armarii Suae Celsitatis Sere-
nissime, in usum Illustrissi-
mi D. MARCHIONIS COS-
PI, Patroni supra memora-
ti Armarii.

Tua bonitas, mi bene-
vole lector, potissimum exer-
ceatur in applaudendo &
approbando hanc Anato-
miam artificialem, & novam
primamque inventionem
quam vides, ejusdem D. VER-
LE; quoniam certe nemo ha-
cte-

AD LECTOREM.

Et enus præter dictum D. VERLE, expressit nec in tali forma, nec tam bene, nec in tali materia tot partes: à quo postquam mihi consignata literis tradita fuit sequens descriptio, ut mihi usum præstaret in dirigendis & ordinandis figuris, visum mihi est eam communicare cum aliis etiam in parvo hoc volumine, in majorem facilioremque intelligentiam Instrumenti. Acceptum itaque fer, benevole lector, utrumque dicto D. VERLE; & fave ei, qui pro tua eruditione & doctrina tam strenue laborat,

P R Æ F A T I O

borat, debitumque demonstra applausum; & quod hic adjunctum reperies, continetur in Scripto nobis tradito ab eodem D. VERLE Tu itaque tua gratia & applausu excipe Operam hanc tam novam, & raram tam propter meritum Descriptoris & Inventoris, quam ne Literati & studiosi ignari maneant instrumentorum novorum pariter & gravium; ac fave typis meis, qui omnium primi te iis ditant.

TRA-



TRACTATUS

DE

ANATOMIA

ARTIFICIALI

OCULI.

Multi anni effluxerunt, ex quo pater meus JOANNES VERLE p. m. primò moliri cœpit Anatomiam artificialem Oculi Humani, attamen tantum opertam ebore & osse

osse: quæ cum propter novitatem (licet tot partibus deficiens) placeret omnibus, qui eam viderent, dictus Pater meus incitatus fuit eo ipso ad eam profequendam, quod & diu fecit Venetiis. Postea ego mei officii esse ratus, non dilapidare, sed augere hanc quasi paternam hæreditatem, progressus sum adjungendo (ex eadem tamen materia) alias novas particulas, instructus in hac re doctissimi cujusdam & illustrissimi Professoris

ris

ris^a in Academia Patavina informatione. Tandem Deo volente & fortuna mea annuente cœpi esse à servitiis Serenissimo COSMO III. Magno Duci Hetruriæ, Domino meo, & tum perfeci alia similia artificia. Cumque D. STENO coram Serenissimo Principe Ferdinando exhiberet Anatomiam oculi cuniculi, placuit Suæ Celsitati Serenissimæ ex favore mandati sui mihi imponere munus imitandi illum, quan-

quantum fieri posset. Hinc fabricavi alium Oculum artificialem prioribus magis acceptum & perfectiorem : cum antehac non observassem ullum oculum sive bruti animantis, sive hominis ex quo potuerim proficere : quorum contemplationem mihi postea pluries benevole concessit nobilissimus quidam & doctissimus Medicus, & Anatomicus celeberrimus^a. Inde me incessit desiderium imitandi arti-

^a D. Doct. Zamb. Vic.

tificiali Anatomia, non tantum dicti sensus organum, sed & reliqua, omnesque partes corporis humani; eadem exprimendo non tantum ebore & crystallo, sed & cera, glutine, gypso, serico, filis laneis & lineis, lanis diversimode contextis, palimpsestis, pellibus animalium, cum debitis dimensionibus, &c. ut ea demonstrarem maximè naturali, quantum fieri potest, similitudine, & coloribus naturales propiùs referentibus, &

Pro-

24 ANATOMIA

Professoribus adimerem incommodum quod oritur ex putrefactis cadaveribus, dum hæc anatomia exerceri potest quavis anni statione.

Offero hoc Scriptum, ut facilitatem adferat & calcaria addat cuivis, qui cupiat profequi Anatomiam humanam artificialem, si accidat, ut ego per ætatem non possim eam absolvere, quandoquidem majoris facio bonum publicum, quàm proprium commodum. Et ante omnia non videtur

tur

tur mihi bene tempus & labor impendi in repræsentanda Anatomia brutorum, sed ad imitationem celeberrimi Pictoris Dionysii, qui præter homines nihil unquam depinxit, existimavi longe melius esse, ut utrumque majori cum fructu impenderetur in repræsentanda Anatomia partium humanarum, secundum naturalem dimensionem, cum fieri possit non tantum parva instar oculi lucinæ, sed & magnitudine æquans caput Colossi.

**

Quâ

Quâ in re mihi contingit per multas observationes, insignemque diligentiam & patientiam, opus ad hanc, quam videtis, perfectionem perducere, frequenter perscrutando & dissecando oculos.

Scio tamen, quod Oculo, quem exhibeo, ut summa perfectione gaudeat, & ego maximè contentus sim, multa alia adjungenda essent, ut musculi, venæ, pinguedo, orbita, &c. Cæterum placuit mihi addere conjuncti-

cti-

ctivam, foramen lacrymale, angulum majorem & minorem, palpebram cum suis pilis, &c. Illa deberet esse mobilis, & per partes suas distincta, verum nunc accipiatur ita integra & indistincta, quemadmodum eam offero, quam per festinationem ita curavi elaborari ab egregio cælatore, qui postea certò per otium eam subtilius perfectam reddet quando edetur Anatomia artificialis aliorum sensuum organorum, vel partium humanarum.

** 2 Ipsa

Ipsa collocatur supra Albugineam, ubi adnexa est Cornea (ante tamen omnes tunicæ & aliæ partes ordine debito sint repositæ in theca) prout infra in Indice docetur; & dum tenetur una manu illa palpebra, & alterâ basis thecæ, moveatur versus quodvis latus, & comparebit visibilis motus naturalis Oculi humani, & videbitur spectare modo sursum, modo deorsum, jam dextrorsum, jam sinistrorsum, pro lubitu ejus qui illam

illam movet. Deinde modus, quem observavi in levibus meis, at omni studio peractis & diligentibus Observationibus circa Oculum, est qui sequitur.

Primo tornavi parvum instrumentum ligneum, cavum, in quo Oculus quasi resideret, ne dum secatur vel digitis tractatur, ex suis loculis facile excidant humores, inprimis Aqueus, quem summo opere perpendi, propter varias opiniones circa eum cum antiquorum

30 TRACTATUS
tum recentiorum. In incisionibus ejus primò leniter secui forfice subtilissima tunicam Sclerotidem, tam per longitudinem, quàm latitudinem, eam separans à tunica Choroide, & relinquens intactam substantiam medullarem Nervi Optici. Postea progressus sum secundo Albugineam separando Uveam, Iridem, & Pupillam à Cornea, eam inveni humectatam ab humore aqueo, & offendi in media parte inter Uveam & Cho-

O C U L I. 31

Choroidem, tria vasa, five sint venæ, five nodi ab invicem remoti, adnexa inter Albugineam & Sclerotidem.

Eodem modo præparabantur alii Oculi, & cum pungerem Choroidem prope Nervum opticum, emanabat Humor aqueus; idem feci in aliis; & puncta Choroidem, in aliis Uvea, & in aliis puncta Iride, ubique emanabat Humor aqueus. Ex qua Observatione contrarie secui in majorem certitudinem alios

Oculos humanos alio modo præparatos, & adaptatos intra supra memoratum parvum instrumentum; incipiendo à Cornea leniter per longitudinem & latitudinem, quam divisi in complures partes, quam commodissime potui. Et cum mihi sectio persuaderet, Corneam illam forsitan ex pluribus tunicis simul esse compositam, judicatum fuit, eam esse simplicem tantum, sed quæ posset in plures partes dividi & decortici:

cari: & non tantum Tunica ista Cornea, (quæ instar crystalli pellucida est) sed & Albuginea, & Sclerotis (quæ alba est,) quia sunt tunicae crassæ, sed simplices. Hæc Cornea secta non invenitur majoris circumferentiæ quam Iris, quæ humectata est humore aqueo, implentes foramen Pupillæ, ad cuius extremitatem Iris est incrispata, quomodo etiam incrispata est simul cum Uvea, & sunt adnexæ ad extremitatem

Corneæ & Albugineæ, ita ut appareat quasi cal-
 lus circumvestitus, ob
 multitudinem harum tu-
 nicarum. His diligenter
 separatis, quia arctissime
 connexæ sunt, pōstea fa-
 cili negotio Sclerōtides à
 Choroide separatur; (so-
 lutis tamen prius supra-
 dictis vasis seu nodis, seu
 venis,) ita remanebit pu-
 ra pupilla, & Iris ex va-
 riis filamentis colore tin-
 ctis & diversimode con-
 textis, formata & adnexa
 Uvæ & Choroidi, quæ
 apparet nigra, ut exuviæ

uvarum, tegens pauxillum substantiam medullarem Nervi Optici, videturque dicta tunica textura esse ex capillis tenuissimis per longitudinem infertis, & ad finem Iridis incrispata, super qua fibræ & semifibræ albæ apparent numero octogenario. Et hæc tunica sæpius puncta, postquam eam excepi tenuibus forcipibus, & in diversis oculis humanis, semper ex parte exteriori, media, & posteriore, vidi promanare

humorem aqueum; sive id fiat ex natura, sive imputandum sit corruptioni, non est meum hic definire: optime scio me vidisse promanare dictum humorem aqueum, primò prope substantiam medullarem Nervi Optici supra Retinam, & deinde continuare per ligamentum ciliale, donec intret in Pupillam, & terminetur supra Iridem.

Deinde dictâ Uveâ separatâ ab Iride, quæ ut diximus, est incrispata, tam ubi adjungitur Uvea, quam

quàm in extremitate Pupillæ; cum ea arctissime connexus est humor crystallinus, & ligamentum ciliale. Postmodum ablato omni nigro à Tunica Uvea, & Choroide, ubique invenitur humor aqueus, quemadmodum paulo ante dixi.

Separato humore Crystallino cum sua tunica transparente, quæ adglutinatur manibus, chartis, aut pannis, quæque appellatur tela Aranei vel crystallina; sublata dicta tunica remanet humor

Crystallinus magnitudi-
ne & figurâ majusculæ
lentis claritate puram cry-
stallum adæquans, & ex
parte exteriori, minus,
quam interiori, conve-
xus. Postea sustuli Liga-
mentum ciliale, quod
erat nigrum in campo al-
bo. Retina & substantia
medullaris Nervi Optici,
ambæ colore albo, & Li-
gamentum distinctum in
80. cum fibras tum semi-
fibras, ut supra dixi. Dein
humor Vitreus cum sua
tunica remansit, ejusdem
naturæ omnino cum hu-
more

more crystallino jam descripto. Illa naturæ pellucidæ & agglutinabilis, hic instar globuli vitrei, in parte exteriori concavus ad capacitatem semilentis. Et hanc, liceat libere dicere quod sentio, existimo esse unicum centrum totius Oculi humani, salvo tamen semper manente judicio meliori Eruditorum, qui forsitan in dicto centro etiam alia quædam rara invenire poterunt. Hæc investigatio & observatio mihi non videtur vana & frustra-
nea,

nea, dummodo in ea re non fallar ex nimio affectu, meaque ignorantia. Quare veniam peto, si adhuc audacter profiteor, me nescire, utrum dicam me potius dubitare, an affirmare: quod in hoc centro etiam generetur & resideat Lux. Motus autem sum ad ita appellandum dictum humorem Vitreum centrum Oculi, eo quod semper observavi eum opertum & undique circumdatum supra dictis tunicis & humoribus: & omnibus istis tunicis

nicis & humoribus penitus demptis, solus & nudus remanet dictus humor vitreus: & id manifesto & aperto indicio est, quod omnes dictæ tunicæ & humores fabricati sunt à Natura, tanquam in tutelam, vestem, & amictum hujus unici centri. Nec mihi opponatur, humorem crystallinum, sive aliam rem, esse centrum Oculi: quia ille non est ita æqualiter & ex omni parte vestitus ac coopertus ac Vitreus; & decorticatus non re-

ma-

manet, sed vitreus; quo ipso Natura nobis significare voluit, quod hic sibi majori curæ sit, dum eum magis munivit & textit, quam crystallinum. Hoc tamen hic obiter posui, & ut an- sam præberem lectoribus æquis veritatem clarè investigandi, quod unicum meum est desiderium.

Omnes tunicæ etiam & humores sunt lenti & teneri, sed aqueus est fluidus; circa quem scio opiniones esse diversas, qui-

quibusdam de eo afferentibus, quod non ex omni parte circulet, ut ego supra afferui, & experientia mihi demonstravit. Ad cujus opinionis rationem nihil aliud opponendum habeo, præter ipsam illam experientiam. Poterit quidem, cuicumque totum non placet, ejus partem illam tollere, quæ ipsi non placuerit, nec propterea destruere fabricam meam. Pariter observavi in pupillis infantium & puerorum, à quatuor usque ad

44 ANATOMIA

ad tredecim annorum ætatem, iisque coloris cœrulei, quod illæ expositæ luce majori coarctentur & restringantur, & abductæ in locum obscurum vel tempestate nubila expandantur; similiter vesperi Iris restringitur in subtilem circellum, & pupilla apparet nigrior, & dilatatur quemadmodum etiam interdiu, & singulis horis, secundum proportionem tamen; quâ recipit gradus obscuritatis: & hæc est ratio, cur Iris sit incrispa-

crispata, ut possit coarctari & extendi supra pupillam & Uveam. Deinde in pupillis alterius coloris à supradictis nullam hactenus institui observationem, an id eodem modo, an secus contingat; & tantum sufficiat de observatione mea quam habui circa oculum humanum.

Deinde ad adaptandam Anatomiam meam artificialem, omnesque ejus partes & figuras singulas in debitos loculos, duxi necessarium componere

nere Indicem, quem hic subnecto.

Si hos labores meos placuisse videro, dispositurus sum Anatomiam artificialem Auris, artificio Anatomiaë Oculi haudquaquam cedentem & multo majori labore constantem, ubi distinctæ spectabuntur Labyrinthus, Cochlea, Annulus, Malleus, Incus, Stapes, Tympanum, &c. quæ tantum ultimam manum expectant, & Thecam; & postea aliarum quoque par-

partium & organorum
sensuum.

Admonendum tamen
est, tunicas summa cura
esse tractandas, & quan-
tum fieri potest, mani-
bus siccis, imprimis Vi-
treæ & Crystallina, &
custodiendas ab omni ha-
litu aëris, quo facile per
aërem possent volitare;
sed semper tractandæ sunt
tenuibus forcipibus, tam
in eximendo, quam re-
ponendo in suos oculos.
Similiter quoque admo-
nendum est, quod, post-
quam Theca aperta est,
ut

48. ANAT. OCULI.
ut omnes partes collocen-
tur in ejus basim eo ordi-
ne, quem vides in se-
quenti Indice numeris
vel cifris notatum.



S E-

A01 1460836

SEQUUNTUR
FIGURÆ
ET EARUM
INDICES.

* * *

FIG. I.


F I G. I.

A. Tunica cornea
quæ est pellucida.

XVI. A A. Tunica albugi-
nea alba.

I. A A A. Tunica Scle-
rotides alba, cau-
dâ tortâ.

SI



* * 2

FIG. II.

F I G. II.


XV. B. Humor aqueus
& pellucidus.

C. Pupilla perforata.

XIV. C C Iris colore tin-
cta.

XIII. CCC Tunica uvea
quæ nigra est, cum
fibris & semifibris al-
bis num. 80.

II. CCCC Tunica choro-
ides nigrâ caudâ exi-
guâ.




F I G. III.

XII. B B. Altera pars humoris aquei externi transparentis.

III. B B B. Pars humoris aquei posterioris pel-
lucidi & perforati.

XI. D. Pars tunicæ cry-
stallinæ aut tela ara-
nei.

IX. D. Altera pars tuni-
cæ crystallinæ.




* * * 4

FIG. IV.

F I G. IV.

- X. E. Humor crystallinus, qui est lens crystallina, & debet adaptari intra ligamentum ciliale.
- VIII. F. Ligamentum ciliale album cum fibris & semifibris nigris, num. 80.
- IV. FF. Tunica Retina cum substantia medullari nervi optici alba. FFF.



* * * 5 FIG. V.

F I G. V.

V. G. Pars tunicæ vitreæ,
quæ est pellucida
& impalpabilis.

VI. H. Humor vitreus, qui
est globulus vitreus
cum cavitate exte-
riori.

VII. G. Altera pars Tunicæ
vitreæ.




FIG. VI.

FIG. VI.

I. Tunica conjunctiva, &c.

XVII. K. Palpebræ.





FIG. VII.

F I G. VII.

Oculus omnibus suis parti-
bus instructus.







1460836